



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

§. I. Conclusio affirmativa statuitur,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

DISPUTATIO NONA

240

¶ hæc responso salvet quod Verbum non sit A imago naturalis Spiritus Sancti, sicut est Patis, non tamen quin sit ejus imago intentionalis; nam Verbum est imago intentionalis objecti, à quo mediæ specie intelligibili procedit. Hæc ergo responso reiecta

44. Respondeo negando sequelam Majoris. Ad cuius probationem dicatur Verbum esse solùm imaginem intentionalem illius objecti, ex cuius cognitione procedit tanquam principii talis cognitionis, hinc quod mediæ specie intelligibili movere intellectum ad ejus productionem; non verò illius, ex cuius cognitione tanquam termini solùm ipsius intellectionis procedit. Unde cum Spiritus Sanctus non sit principium notitiae, per quam Verbum producitur, sed solùm terminus ex cuius cognitione procedit; ed quod in Divinis sola essentia gerat vices speciei, & objecti motivi, respectu intellectionis divinæ, non verò relationes, non potest dici quod Verbum sit imago intentionalis Spiritus Sancti, quamvis ex ejus cognitione procedat.

ARTICULUS II.

*An Verbum per se procedat ex cognitione
creaturarum possibilium?*

N Egant Scotus, Vazquez, & Alarcon ubi lupiter: quibus subter bunt Arribal disput. 123. cap. 5. & 6. Turrianus disput. 28. dubio 3. & Pelancius hic disput. 2. Affirmant verò Thomistæ, & plures ex Recensitoribus, quos citant & sequuntur Salmanticenses disput. 12. dubio 2. & Joannes à S. Thoma disput. 15. art. 2. Uide sit

§. I.

Conclusio affirmativa statuatur.

Dico igitur, Verbum divinum per se procedere ex cognitione creaturarum possibilium.

- Probatur primum ex D. Thoma, verbis articulo precedentibus adductis, quibus docet Patrem intelligendo se, & Filium, & Spiritum Sanctum, & omnem creaturam, producere Verbum. Ubi D. Thomas iisdem verbis affirmit, Patrem intelligendo creaturas producere Verbum, quibus docet, ipsum intelligendo se; & Filium, & Spiritum Sanctum, illud producere: At hoc non solùm concomitanter, sed etiam per se in quarto modo perfectatis est verum, ut articulo praecedenti ostendit: Ergo & illud.

46. Confirmatur: Verbum divinum per se procedit ex cognitione illorum, quæ ex vi sua processionis exprimit: Sed exprimir non solum essentiam, attributa, & personas, sed etiam omnes creaturas possibilis: Ergo per se ex illarum cognitione procedit. Major patet, Minor probatur ex eodem D. Thoma super caput 1. Joannis lectio 1, ubi ait: *Verbum divinum est expressivum totius quod in Deo est, nec solùm personarum, sed etiam creaturarum; alias est imperfectum.* Et hic ait. 3. docet, quod sicut scientia divina est tantum cognoscitiva Dei, creaturarum autem cognoscitiva & factiva: ita Verbum divinum est expressivum solùm Dei, creaturarum verò expressivum simul & operativum. Et quaf. 4. de Veritate art. 4. ad finem corporis, assert omnia quæ sunt in scientia Patris exprimi per Verbum: in scientia autem Patris continentur non solùm personæ divinæ, sed etiam creaturæ possibilis: Ergo Verbum ex vi sua processionis illas exprimit.

47. Probatur secundum conclusio ratione funda-

B do procedit ex cognitione comprehensiva divinæ essentia & omnipotenzia; & per consequens ex cognitione illorum, sine quibus omnipotencia comprehendendi non potest: Sed omnipotencia comprehendendi nequit, non cognitis creaturis subratio ne possibilium: Ergo per se in quarto modo ex illatum cognitione procedit. Major est certa, & pater ex dictis articulo præcedenti. Minor vero, in qua est difficultas, ostenditur primo ex D. Thoma supra quaf. 14. art. subi probandum alia à se cognoscere, quia se comprehendunt ut causam; virtus autem causa comprehendendi non potest, non cognitis effectibus in illa continentis. Quod etiam assertit i. contra Gent. cap. 53. ratione 3. Et suprà quaf. 12. art. 8. Et 3. parte quaf. 10. art. 2. ubi docet, *Animam Chuffin Verbo oī cognoscere omnia quæ continentur in potentia divina, quia alias illam comprehendet: cognoscere autem omnia quæ sunt in potentia creaturae.* Et rationem reddit: *Comprehendit enim in verbo omnis creatura essentiam, & per consequens potentiam, & virtutem, & omnia quæ sunt in potentia creature.* Senit ergo D. Thomas, ex cognitione omnium effectuum in causa, inferri comprehensionem causæ, & causam comprehendendi non posse, non cognitis effectibus in illa continentis.

Secundum suaderet eadem minor. Non stat causam comprehendendi, nisi in ea cognoscatur omne, quod in illa & ex illa potest cognosci: sed creatura sunt cognoscibiles in omnipotencia divina, cum in illa continentur per se existimari: ergo omnipotencia comprehendendi non potest, non cognitis creaturis possibilibus.

Tertiò probatur ratione D. Thome ubi prædicta Virtus causæ comprehendendi non potest, nisi cognoscantur omnes effectus in tali causa continentis: Sed omnipotencia est virtus operaria Dei, in qua continentur: creatura possibilis: ergo illis uon cognitis comprehendendi non potest.

Respondent primum Adversarii: Quod hoc ad hoc ut potentia visiva comprehendatur, non est necessarium cognoscere in particulari omnia visibilitas ad quæ potest se extenderet, sed sufficiere cognoscere visibile ursic; & quemadmodum Angelus comprehendit propiorum intellectum, & tamen non cognoscit omnes cognitiones quas potest habere (alias omnia objecta talium cognitionum cognoscere & consequenter omnia possibilia) ita Deus potest comprehendere suam omnipotentiam, quamvis in illa uon cognoscat omnes creaturas in particulari, per hoc solùm quod cognoscit visibile & paleabile ut sic.

Sed contraria: licet hoc sufficiat ad comprehensionem potentiarum visivarum, aut intellective creatarum, non tamenad comprehensionem divinæ omnipotenzia. Ratio discriminis quæcumque probatio conclusionis confirmabatur est, quis ut comprehendatur aliqua potentia aut virtus, oportet cognoscere illam in quantum est cognoscibilis, & consequenter attingere ea omnia quæ in ipsa continentur, & e modo quo continentur. Est autem hæc differentia inter potentiam visivam, & divinam omnipotentiam, quia quod potentia visiva ex propriis meritis non est cognoscitiva omnium visibilium in particulari, sed hoc ipsi convenit per species interellas quibus concordatur, ideo illa non continet ex se aliquam visionem in particulari, sed

solam rationem visonis ut sic; unde ut compre-
hendatur, sufficit accingere visibile ut sic. Ceterum
omnipotentia divina continet creaturas non
solam secundum rationes communes & generales,
sed etiam secundum speciales & individuales.
quia cum effectus per se primò illi correspondens, si ratio universalissima entis, quæ in omnibus
differentiis, non solam specificis, sed etiam
individualibus transcendentaliter includitur, est
causa productiva omnium creaturarum, etiam
quoniam ad rationes numericas & individuales.

Similiter inter angelicum intellectum, & di-
vinam omnipotentiam, notabile intercedit dis-
cimus, quo erat ratio nostræ conclusionis amplius
confermabitur. Nā intellectus angelicus ratio-
ne sicut est causa completa, sed solum incom-
plexus, omnium intellectuum quas elicere pos-
sunt, quoniam ratione sui non habet sibi unitas speci-
ficiorum possibilium representativas, quæ ul-
tra intellectum ad alia cognoscenda requiriuntur;
omnipotens verò complectissimè. Continet om-
nes effectus creabilis, sumptos in particulari.
Et propterea quoniam intellectus Angeli possit
comprehendi, absque eo quod omnes cognitio-
nes in particulari quas elicere potest cognoscantur,
non tamen omnipotens divina, non cogni-
tio omnibus creaturis possibilibus, ad quas potest
extenderi.

Respondeo secundò Vazquez, veram esse
majorem de comprehensione virtutis per se rela-
tive ad effectus; taliam autem de comprehensione
naturae per se ad effectum non relata: unde cùm
divina omnipotencia sit absoluta ab omni respe-
ctu creaturae, comprehendendi potest, eis crea-
turæ possibilis in particulari non cognoscantur.
Verum hæc responsio & doctrina fuisse à nobis
impugnata fuit, in Tractatu de Scientia Dei, ad
quæ Lectorum remittimus, ne eadem sèpius
repetantur.

Denique alii respondent, Patrem & eternum pro-
ducendo Verbum, cognoscere quidem omnes
creaturas possibilis in essentia sua, & in omnipo-
tentia tanquam in causa; hanc tamen cognitionem
per se non inflatur ad Verbi productionem,
sed ad illam merè per accidentem & concomitantem
esse.

Sed hoc etiam responsio confutata manet ex
dolis. Cum enim Verbum per se procedat ex cog-
nitione perfectissima, ac proinde comprehensiva
divina essentia & omnipotencia, debet etiam
per se procedere ex cognitione illorum, sine quib-
us omnipotencia comprehendendi inequit: Ergo si
non possit comprehendendi, nisi creature possibilis
in illa cognoscantur (ut jam ostendimus) Verbum
divinum ex cognitione creaturarum possibilium
per se procedit; illarumque notitia per se inflatur
ad eius productionem, & non merè per accidentem
& concomitantem ad illam se habet.

S. II.

Solvuntur objections.

Objiciunt in primis Adversarii celebre testimo-
nium D. Thomæ, desumptum ex quest. 4.
de verit. art. 5. in fine corp. ubi ait, Verbum prin-
cipaliter, & quasi per se referri ad Patrem, sed ex con-
sequenti, & quasi per accidentem ad creaturas: accidit
enim Verbo, ut per ipsum creatura dicatur.

Respondeo quod sicut ly per se potest dupli-
cari.

A ter sumi: primò ut id significat quod ratione sui:
secundò, ut idem sonat, quod essentialiter: ita ly
per accidentem, quod ei contraponitur, dupliciter tu-
mitur: primo modo, ut idem est quod, per aliud:
secundo modo, ut idem significat quod, accidentaliter. Quando ergo D. Thomas dixit, Verbum
per accidentem ad creaturas referri, priori modo
debet intelligi; quia scilicet Verbum non repre-
sentat creaturas ratione sui primariò, sed secun-
dariò, & ratione essentia prius representata, non autem posteriori modo.

Nec obstat quod Divus Thomas rationem
assignans, cui Verbum non pertineat, ed per accidentem
ad creaturas referatur, hæc verba subjungit: Acci-
dit enim Verbo, ut per ipsum creatura dicatur: quibus
denotare videtur, accidentaliter contingere, quod verbo convenire, quod repræsentet creaturas.
Non, inquam, hoc obstat: nam sicut ly per accidentem
duplificem illam patitur acceptationem: ita enim
verbum accidit. Unde idem sicut dicere, quod ac-
cidit verbo, ac dicere, quod ei non competit per
se primò creaturas repræsentare, sed secundariò
ex parte objecti; quia ad illas terminatur median-
te divinâ essentiâ ut primò repræsentarâ.

Dices: Sibæ interpretatio esset legitima, eti-
am possemus dicere, accidere Verbo quod re-
præsentet Patrem: Consequens est falsum, &
contra D. Thomam in contextu allegato: Ergo
et. Probatur sequela: Verbum repræsentat Pa-
trem per aliud, hoc est ratione essentia prius re-
præsentata, quæ sicut est primarium objectum
cognitionis divinæ, ita etiam representationis
Verbi: Ergo si dicitur repræsentare creaturas per
accidentem, quia repræsentat illas secundariò, ra-
tione divinæ essentia prius repræsentata, dicitur
etiam repræsentare Patrem per accidentem, & illi
accidere quod exprimat Patrem.

Respondeo negando sequelam: nam licet
Verbum repræsentare Patrem, seipsum, & Spiritum
Sanctum, ratione essentia: quia tamen hæc
ab illis est indistincta realiter & formaliter, & in
illis essentialiter inclusa, non potest dici repræ-
sentare Patrem per accidentem, id est per aliud: be-
ne tamen creaturas, quia illæ distinguuntur realiter
à divina essentia.

Objetit secundò Vazquez: Si Verbum ex cog-
nitione creaturarum procederet, sicut esset Ver-
bum creaturarum, ita & illarum imago dici pos-
set; præsertim cùm in persona Filii ratio verbi &
imaginis non distinguantur virtualiter: Sed Ver-
bum divinum non est, nec dici potest imago cre-
aturarum: Ergo ex cognitione illarum non pro-
cedit.

Respondeo negando sequelam Majoris: quia
licet ratio Verbi, imaginis, & Filii, identificen-
tur in secunda Trinitatis persona, sine virtuali
discrimine, differunt tamen in modo significandi,
& per ordinem ad diversa connotata. Etenim
Filius ut Verbum, importat rationem manifesta-
tionis; ut Filius, processionem & similitudinem,
seu identitatem in natura; ut Imago, rationem
originis & imitationis: unde quia Verbum divi-
num: repræsentat creaturas, dicitur illarum ver-
bum; quia tamen non originatur à creaturis, nec
imitatur illas, non est, nec dicitur imago creatu-
rarum; sicut nec dicitur illarum filii, quia nec
procedit ab illis, nec illis in natura seu specie affi-
milatur. Ratio autem cur Verbum producatur ex
cognitione creaturarum, & tamen ab illis non
procedat, assignatur à D. Thoma q. 4. de Verit. a.

H h 4. ad